Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Pitagoricorum opinio:

Pitagorici aut quibus ptolomeus primus est diapason ac diatessaron proportione consonantias esse nullatenus extimarunt / quia eis consonantia aut ex multiplici / aut ex supparticulari proportione procedit / sicut diapason ex dupla / diapason diapente ex tripla. bisdiapason ex quadrupla. que omnes in multiplici genere apparet consistere: diatessaron in sexcupla / diapente in sexcalta / que in supparticulari genere probantur esse. diapason diatessaron aut extra predictam genera consistit / quia eius proportio in multiplici supparticulari genere invenitur. Est enim eius proportio dupla sesquitertia que ipsius multiplicis supparticularis genus species primo est ut fuit. q. ad. 3. Nota quod diapason diatessaron secundum pitagoricos consonantia. cum extra multiplex et supparticulare genus non sit consonantia invenitur. Boetius aut doctor eximius / prefatos pitagoricos imitatus in sue musice cap. de consonantia cum in uetione / ubi consonantie repiatur edocet. regulam quale demostrans. quod in acutis et gravibus consonantie necessario invenite sunt / que sibi sint commensurate. i. que mesuram non possint habere communem / ut in multiplicibus / quia illa pars me